

loni cernentes, quid facto opus sit, suos considunt sapientes. Interea quecunque inueniuntur, ab exercitibus destruuntur. Sapiens itaque suorum inito consilio, ut eos Wlad[izlaus], dux Boemie, eorum consanguineus, conueniat, exquirunt. Dux autem uoluntati eorum satisfaciens pro securitate ex utraque parte datis obsidibus eos conuenit, et tanquam fratribus fidele dat consilium, ne imperatorem usque in campestria uenire paciantur, sed eius uoluntati satisfacientes, quoquomodo possunt, eum placent, ut redeat. Huic consilio Poloni consentientes inter imperatorem et eos eum mediatorem pro bono pacis fieri expostulant. Dux itaque medium se inter eos conferens imperatorem pro eis, ut eis parcat iam subiectis, rogat. Imperator autem ex consilio suorum principum eis respondet, quod pro tali audacia, quod domino suo imperatori se opponere presumpserint, talem prius satisfactionem faciant: dux eorum discalciatis pedibus, nudum super se ferens gladium, in conspectu domni imperatoris publice ueniens, se pecasse confiteatur, condignam poenam suscepiturus, et quod fratrem suum exulem recipiat uel quare eum de ducatu suo eiecerit, ad curiam conductam domni imperatoris ei respondeat. Dux Polonie tali necessitate cum suis astrictus hoc totum se facturum promittit, et ad curiam imperatoris se uenturum et fratri suo se responsum. Quid plura? imperator in conducta curia suis circumdatus principibus suo sedet pro tribunali, dux Polonie cum suis discalciatis pedibus nudum supra se ferens gladium, duce Boemie ei securitatem prebente, coram progreditur, imperiali maiestati presentatur, se contra imperiale dignitatem male fecisse confitetur. His ita expletis plurimam in gratiam imperatoris in osculo pacis recipitur, curia ei ad respondendum fratri de iniuria illata in natali domni Maidburg indicitur.

Eodem anno dominus Daniel, episcopus Praagensis, in legationem ad regem Ungarie Deucam¹⁾ dirigitur ad rogandum militiam ex parte eius contra Mediolanenses, qui in festo sancti Stephani regis eorum legatione peracta, impetratis uidelicet quingentis Sarracenis, cum multis numeribus in Boemiam reuertitur.

příšlo, od vojska ničeno. Poradivše se s kmety svými žádali, aby s nimi měl sjít Vladislav, kníže český, jejich příbuzný. A kníže vyplnil jejich vůli; z obojí strany dání jsou pro bezpečnost rukojmové, a on sešed se s nimi, dal jim jakoby bratřím věrnou radu, aby nedali císaři přijíti až do pole, ale učinivše vůli jeho za dost, aby jej, jakýmkoli spůsobem mohou, udobřili a k odtáhnuti přiměli. Polané jsouce s radou tou srozumění, prosili jej, aby mezi císařem a jimi byl prostředníkem. Kniže (český) prostředkuje mezi nimi prosil císaře, aby jich ušetřil, ani se již oddali; ale císař k radě svých knížat jim odpověděl, aby za smělost, že se císaři, pánu svému, opříti opovážili, dříve takto učinili za dost: aby kníže jejich drže nad sebou obnážený meč přišel veřejně bosý před císaře pána, přiznal se, že chybí a že ochoten jest spravedlivému trestu se podrobit; aby bratra svého vypuzeného přijal anebo jemu před soudem císaře pána odpovidal z toho, proč jej z knížetství jeho vyhnal. Kniže polský jsa nezbytnosti donucen, slíbil i se svými, že to vše učiní, a že ke dvoru císařskému přijde a bratru svému se zodpovídá. Co více? Císař na ustanoveném shromáždění obklopen svými knížaty seděl na svém trůnu, kníže polský maje obuv zutou a nesa nad sebou meč, přišel před císařskou velebnost a vyznal se, že proti císařské důstojnosti zle jednal. Kniže český mu při tom zabezpečil jistotu. A když tak se stalo, přijat v pokoji úplně na milost císařskou a ustanoveno mu, aby se o narozeni páně na sjezdu v Děvíně zodpovidal z křivdy, kterou bratru svému učinil.

Téhož roku pan Daniel, biskup pražský, odebral se v poselství ke králi uherskému Gejsovi, aby vyžádal od něho pomoc proti Mediolanům, který vykonav poselství své v svátek sv. Štěpána, krále jejich — vymohl totiž 500 Saracenuv — s velikými dary do Čech se vrátil.

¹⁾ Gejza II.